

buch des Siebenbürgischen Museum-Vereins für das Jahr 1910, p. 256. old. — *Külföldi botanikai dolgozatok ismertetése. — Referate über ausländische botan. Arbeiten.* — Kny L., Über die physiol. Bedeutung der Haare von *Stellaria media*, p. 256. old. — Adamović L., Die Vegetationsverhältnisse der Balkanländer etc., p. 258. old. — Giesenhagen, K., Lehrbuch d. Botanik V. Aufl., p. 264. old. — Gärtner-Neuzeit: Zentralblatt für den freien Fortschritt im Gartenbau, p. 265. old. — A. K. M. Term.-tud. társulat növénytani szakosztályának ülései. — Sitzungen der botan. Sektion der k. ungar. naturwiss. Gesellschaft, p. 265. old. — *Gyűjtemények. — Sammlungen*, p. 267. old. — *Személyi hírek. — Personalnachrichten*, p. 268. old. — *Meghalt. — Gestorben*, p. 269. old.

Megjegyzések néhány keleti növényfajról. Bemerkungen über einige orientalische Pflanzenarten.

Irta: {
Von: { Dr. Degen Árpád (Budapest).

LV. *Viola delphinantha* Boiss. subsp. *Košanini* Deg.

E collo lignoso multicaulis, *caulibus* basi lignescentibus erectis, digitalibus v. ultra, glabris, ex axillis ramosis; *foliis* sessilibus, lineari-lanceolatis, basi attenuatis, glabris, *stipulis* folio similibus sed eis brevioribus, ad basin usque bipartitis, summis indivisis; *pedicellis* axillaribus longis, medio bracteolis minutissimis obsitis; *sepalis* lanceolato-subulatis, acutis, viridibus, trinerviis; appendicibus parvis; petalis violaceis, post anthesin persistentibus, superioribus anguste oblongis, fere lingulatis, apice rotundatis, inferiore ligulaeformi apice emarginato vel bilobo in calcar roseum ei aequilongum, apice minute bicuspidatum producto; *filamentis* fere nullis, antheris fere sessilibus apice appendice triangulari luteo ornatis, connectivis staminum duorum inferiorum in appendicem longissimam filiformem, in tubum calcaris immergentes productis; ovario globoso, apice paullo conico, stylo recto, ovario paullo brevior, apice clavato incrassato.

Petala superiora bina 2 mm lata 8½ mm longa, bina lateralialia 2½ mm lata 7½ mm longa, inferius ad 2 mm latum, 9 mm longum, calcar 9 mm longum.

Habitat in Albania. In rupium fissuris ad latus septentr. et merid. jugi Jakupica montis Solunska prope Ueskueb alt. c. 1800—2150 M. s. m. solo marmoreo die 15. VII. 1910 detexit Dr. N. KOŠANIN, Botanices Professor universitatis belgradensis, cui dicata.

A. V. delphinantha Boiss. differt petalis plus duplo angustioribus, inferiore antice profundius emarginato fere bilobo, calcare duplo brevior.

Petala enim *V. delphinanthae* (e monte Athos) superiora 5 mm lata 12 mm longa, lateralialia 7 mm lata 11½ mm longa, inferius 4 mm latum 10 mm longum, calcar 20 mm longum.

Viola delphinantha und die ihr zunächst verwandte *V. cazorlensis* GANDOG., welche ich Gelegenheit hatte knapp nach ihrer Entdeckung genau studieren zu können (vgl. die von mir entwor-

fene Diagnose, bei HERVIER in *Bullet. de l'Acad. internat. de Géogr. bot.* 1905 p. 57—61) nehmen in der Gattung *Viola* eine ziemlich isolierte Stellung ein; pflanzengeographisch interessant ist aber das Vorkommen dieser zwei so nahe verwandten Arten auf räumlich so weit entfernten Standorten (Athos u. thessalischer Olymp einerseits, — Sierra de Cazorla u. Sierra de Castril in Spanien [Quellengebiet des Guadalquivir] andererseits) alle auf den südlichsten Halbinseln Europas; diese isolierte systematische Stellung und das getrennte Vorkommen spricht dafür, dass es sich auch hier um sehr alte Typen, höchst wahrscheinlich Tertiärreliete handelt. Die Entdeckung einer in diese Verwandtschaft gehörenden Pflanze nahezu 2 resp. 4 Breitengrade nördlicher, an einem ziemlich weit in das Continent vorgerückten Standort, ist sehr überraschend, noch überraschender aber der Umstand, dass sich *Viola Košanini* in systematischer Beziehung weit schärfer von *V. delphinantha* unterscheidet, als diese von *V. cazorlensis*.

LXl. *Anthyllis Košanini* n. sp.

Planta pumila perennis, caulibus e collo numerosis prostratis arcuato adscendentibus plerumque monocephalis (rarius capitulo altero parvo adjecto) tota longitudine adpresse sericeis, nitidis, tantum basi foliosis parte aphyllia ergo scapiformi; foliis basalibus firmis, fere carnosius, pinnatipartitis, paribus pinnarum parvarum ovatarum vel ovato lanceolatarum utrinque 1—3, foliolo terminali elliptico, caeteris multo majore, junioribus utrinque sed subtus densius plus — minus adpresse pilosis, hinc-inde fere hirsutis, vetustis calvescentibus imprimis supra omnino glabris, summis capitulum fulcrantibus ad medium in lacinias oblongas, obtusiusculas sed minute apiculatas digitato-incisis; stipulis longe adnatis parte libera parva, triangulari, apice penicillata; calyce inflato, viridi-albo vel apice rubro tincto, pilis erecto patentibus obsito (sed non lanato), cca 12 mm longo, 5 mm. diam.; dentibus calycinis inferioribus lanceolatis c. 1½ mm longis, superiore 2½ mm longo, ovato lanceolato; floribus vitellinis, vexillo c. 15 mm longo, glabro, longe unguiculato, ungue laminam rotundato-lyratam excedente; alis unguiculatis, glabris, lamina ovata. apice rotundata carinam longe unguiculatam longitudine excedentibus; filamentorum parte libera styloque glabro.

Habitat in pascuis alpinis montis Karadžica Macedoniae, ubi d. 13. Jul. 1910 detexit Dr. N. KOŠANIN, cui spec. nova dicata.

Ab *A. scardica* WETTST. Beitr. z. Fl. v. Alb. p. 37, cui habitu similis, differt foliis junioribus utrinque dense pilosis, capitulis saepius solitariis nec geminatis, floribus vitellinis (colore *A. aureae*) nec pallide ochroleucis (vel ut vidi in speciminibus a cl. O. BIERBACH in m. Ljubitrn Albaniae lectis: pallide roseo suffusis), imprimis antem alis carina evidenter longioribus, nec aequilongis ut in *A. scardica* WETTST.

Ab *A. vitellina* VELEN. (ap. DIMONIE Plant. maced. exs. 1909 et in Sitzungsber der k. böhm. Ges. d. Wiss. 1910 Sep. p. 4 pro var.) indumento adpresso, nec patulo, alisque carina longioribus differt.

Die Hochgebirge Albaniens u Macedoniens bergen anscheinbar eine Anzahl von *Anthyllis* Formen, welche sich um *A. scardica* WETTST. (die zuerst bekannt gewordene Form) gruppieren, es sind dies perenne, reich, aber kurzstengelige und durch verhältnismässig grosse Köpfe, zumeist auch durch auffällige Farbe der Blüten ausgezeichnete Pflanzen, welche sich südlich an den Verbreitungsbezirk der *A. tricolor* VUK. und ihrer Verwandtschaft anschliessen. Das auffallendste Glied dieser Gruppe ist die vor kurzem beschriebene *A. vitellina* VELEN. vom Pirin Dag. Da es wahrscheinlich ist, dass in Zukunft auf den noch nicht erforschten Gebirgen dieser Länder noch mehrere Glieder dieser Gruppe, vielleicht auch Verbindungsglieder zwischen den bisher beschriebenen Formen entdeckt werden, andererseits aber die geographische Verbreitung der letzteren festgestellt werden wird, wäre es verfrüht die systematische Bewertung dieser Formen schon jetzt vorzunehmen. *A. Kosanini* ist nach der Mitteilung des Entdeckers am angegebenen Orte sehr häufig, so «dass sie als Charakterpflanze dieses Gebirges betrachtet werden kann».

LVII. *Chondrilla Urumoffii* n. sp.

Radice verticali fusca perenni. caules solitarios vel binos (in exemplario nostro) vel forsan etiam plures spithameos vel ultra edente; foliis radicalibus ambitu spathulatis, subbruncinatis, lobis late falciformibus acutis, deorsum flexis, subspinuloso-denticulatis, lamina supra glabra vel pareissime et brevissime hirtula, subtus parce et breviter hirtula; caule nudo, glabro, leviter sulcato, supra mediam partem dichotome ramoso, inflorescentia pauci- (ad 9-) flora, foliis fulcrantibus anguste lanceolatis vel subulatis, pedicellis sub capitulis et anthodii parte inferiore parce floccosis, capitulis cylindricis, pauci (7-8-) floris, calyenli phyllis squamaeformibus, minutis, anthodii glabriusculi vel parce floccosi phyllis lanceolatis, viridibus, margine hyalinis, apice extus nigro barbulatis. pappo longioribus: flosculis luteis, acheniis subcylindricis, dilute brunneis, muricatis, rostro brevi, crasso superatis; pappo achenio nondum maturo triplo longiore, radiis setosis; receptaculo nudo.

Planta c. 25 cm alta; folia radie. 5—7 cm longa, 2—2½ cm lata; capitula 8 mm longa, 3½ mm lata; achenia (nondum matura) cum rostro c. 2 mm longa, pappo c. 6 mm longo superata.

Habitat in declivibus montis Pirin (Perim-) Dagh Macedoniae supra pagum Pirin, ubi a. 1910 detexit dom. KELLERER.

Affinis *C. pauciflorae* LED. Fl. Alt. IV: 148 (LED. Icon. t. 198), differt caule tantum supra medium ramoso, praeter folia ful-

erantia aphylo, capitulis brevius pedicellatis, anthodii phyllis apice nigro-barbulatis, habitu omnino alieno.

Species aliae ap. Boiss. Flor. or. III.: 793 inter brevirostres enumeratae (*C. maracandica* BUNGE et *C. piestocarpa* Boiss.) procul distant.

A *Ch. juncea* L. habitu, inflorescentia, anthodii squamis apice barbulatis imprimis autem acheniis breve rostratis omnino diversa.

In honorem Prof. Iv. K. URUMOFF, Florae balcanicae scrutatoris bene meriti dicata.

LVIII. Ptarmica lingulata (W. K.) DC. var. calva Deg. et Urumoff.

Tota planta ramis inflorescentiae exceptis *glaberrima*, ulteriores et anthodii phylla sparse longeque pilosa Inflorescentia ditissima, e capitulis 36 constans.

In monte Kopaonik Serbiae legit S. M. FERDINANDUS Rex Bulgariae.

LIX. Parnassia palustris L. var. incumbens Deg. et Urumoff.

Foliis basi profunde cordatis, lobis incumbentibus, sese margine tegentibus.

In monte Rila Dagħ Bulgariae legit KELLERER.

LX. Hippocrepis comosa L. var. macedonica Deg. et Urumoff.

A typo calycis dentibus obtusis (nec acutis) differt. Planta humilis, prostrata, alpina.

In monte Pirin (Perim)-Dagħ Macedoniae supra Pirin aestate a. 1910 detexit KELLERER.

LXI. Arabis muralis Bert. var. macedonica Deg. et Urumoff.

A typo differt foliis inferioribus sat profunde sursum dentatis, dentibus utrinque 5—6, racemo florifero denso, crasso, sepalis brevioribus, magis rotundatis, roseo suffusis.

Planta luxurians, pluricaulis, folia inferiora facie glabrescentia vel pilis furcatis sparse obsita; caule inferne praeter pilos furcatos pilis albis simplicibus rigidis obsito. Petala pulchre rosea.

Hab. in rupestribus montis Pirin (Perim)-Dagħ supra Pirin Macedoniae ubi detexit dom. KELLERER.

LXII. Berteroa incana var. bulgarica Deg. et Urumoff.

A typo differt stylis brevioribus, indumento silicularum e pilis longioribus constante.

Hab. in Bulgaria, ad Philippopolin (Pichler exs.!) et alibi.

LXIII. Veronica Kellereri Deg. et Urumoff n. sp.

E sectione *Veronicastrum* BTH. *Rhizomate* sublignoso, multicauli, inter lapides repente, *caulibus* inferne nudis, alternatim bifariam pilosis, superne dense fere imbricatim foliosis; *foliis* brevissime petiolatis, integris, inferioribus ovatis, superioribus suborbiculatis, crassis, calloso-marginatis. margine et subtus pilis cris-

pis sat longis obsitis, superne glabratis vel parcissime pilosis: *racemo* terminali denso, bracteis et calycibus hirsutis, *calycis* breviter pedicellati, hirsutissimi lobis quinque inaequalibus (binis multo majoribus), corolea coerulea, stylo longe exserto, capsula...?

Habitat in lapidosis reg. superioris montis Pirin- (Perim) Dagħ supra Pirin Macedoniae, ubi aestate 1910 florentem detexit dom. KELLERER, cui dicata.

Proxime accedit ad *V. satureioides* Vis., cujus forsitan varietatem tantum sistit brevifoliam, magis vestitam, differt foliis brevioribus magis rotundatis, margine pilosis calycibusque valde hirsutis. Foliorum forma planta macedonica magis ad *V. nummulariam* GOUAN pyrenaicam accedit.

NB. Formae pilosae *V. satureioidis* Vis. etiam in Bosnia occurrunt, sed ab his foliorum forma differt.

LXIV. *Saxifraga coriophylla* Grsb. var. *karadžicensis* Deg. et Košanin.

A typo differt foliis rosularum minutis, ligulatis, apiculatis, sat alte pectinato-ciliatis apice tantum *fovea unica* (in typo 5—7) exsculptis. Planta nana, alpina, surculis sterilibus foliis parvis dense imbricatis, columnaribus, caules 5—7 flori, petala alba.

Hab. in rupibus calcareis montis Karadžica Macedoniae, alt. c. 2350 M. s. m., ubi die 12. VII. 1910 detexit. Prof. Dr. N. KOŠANIN.

LXV. *Saxifraga Rocheliana* Sternb. subp. *velebitica* Deg.

Densius vel laxius caespitosa. *Caulibus* floriferis erectis, corymboso-paniculatis, 3—7, plerumque 5-floris, glanduloso-pilosis. *Foliis* rosularum inferioribus dense aggregatis, infimis subimbricatis, spathulatis, obtusis, glaberrimis, supra planis, subtus convexis, basin versus minutissime et sat sparse ciliatis, juxta marginem cartilagineum (in foliis summis bene evolutis rosularum) foveis 8—12—14 notatis, caulinis sparsis, summis expansis, obovato-spathulatis, apice excepto glanduloso pilosis: *pedicellis* erectis vel erecto-patulis; *calycibus* glandulosis, pallide viridibus, *laciniis lanceolatis acutis*, ad 3 mm longis, erectiusculis vel paullo recurvis. *Capsulis* ovatis, prominule nervosis, stylis ad 3 mm longis, divergente curvatis.

A typo differt pedicellis plerumque longioribus foliorum fovearum numero¹⁾ imprimis autem *calyceum laciniis longioribus lanceolatis, acutis, nec ovatis, obtusis*.

Habitat in rupestribus m. Velebit. In Croatia: infra jugum Buljma inter montes Badanj et Babin Vrh ad Medak, alt. c. 1400 M. s. m. sol. calc. ubi die 9. VII. 1905 detexi. In Dalmatia:

¹⁾ Fovearum numerus magnopere variat. In *S. Rocheliana* plerumque foveae 7—9 adsunt, attamen iam in icone ROCHELIANA (Pl. Rar. rar. tab. III. f. 9) an recte? 17—19 delineantur.

in declivibus jugi Buljma versus alveum Velika Paklenica supra Starigrad alt. c. 1200—1400 M. s. m.

In monte Kamesnizza (Prolog) leg. TH. PICHLER (sub *S. media*).

Etiam planta hercegovinica (e m. Prenj Planina, Treskavica Pl.) et albanica (BALDACCI EXS.) plerumque s. n. *S. coriophylla* GRB. distributa ob calycem lacinias acutas ad hanc subspeciem vel varietatem (var. *velebiticam*) pertinere videtur.

Saxifraga coriophylla GRB. Spicil. I. 333 ob calycem lacinias oblongas typo *S. Rocheliana* propius accedit et sec. ci. ENGELR (Mon. p. 262), qui specimen originale vidit, ab hac tantum foliis minoribus, minus horizontaliter expansis et foveis tantum 5—7 differt; qualis etiam in aprioribus Banatus invenies.

Jam. d. HEUFFEL (Enum. pl. Ban. 74) duas enim formas *S. Rocheliana*, nempe 1) *compactam* et 2) *laxam* distinxit, quae ambae ad thermas Herkulis occurrunt. Verosimile ad hanc ulteriorem spectant ea, quae cel. PODPERA in Verh. d. zool. bot. Ges. Wien 1902: 651 de *S. scardica* banatica scripsit.

LXVI. *Trifolium velebiticum* n. sp.

E sectione *Lagopus* Bosiss. Fl. or. II. 113.

Perenne, collo pluricaule, caules florentes et tantum foliosos e basi arcuatum ascendentes edente. *Caulibus* vix flexuosis, pilis adpressissimis sat dense lectis, simplicibus vel ramosis, *stipulis* petiolo brevi alte adnatis, ovato lanceolatis, parte inferiore pallida eleganter violaceo-nervosa, parte libera ovato-lanceolata, utrinque glabra, margine ciliata; *petiolis* brevissimis, fere omnino stipulis adnatis; *foliis* cuneato-ovatis, apice apiculatis vel obtusis, margine vix denticulatis, eleganter arcuato-nervosis, faciebus glabris, margine et nervo mediano subtus pilosis, *capitulis* subglabris, solitariis, pedunculatis vel summis sessilibus; *calycibus* subsessilibus, glabris, pallidis, decemnerviis, intus annulo piloso clausis, *dentibus* subulatis, tubo brevioribus, intense viridibus, inaequalibus, i. e. inferiore paullo longiore, basi glabris, sub apice parce pilosis; *floribus* roseis; *vexillo* ambitu ovato-lanceolato, carina longiore, glabro; *alis* longe unguiculatis carina paullo longioribus; lamina oblonga, basi excisa, apice acuta: legumine. . .

Planta spithamea et ultra, folia c. 1—1½ cm longa, c. ½ cm lata; calyces cum dentibus c. 6 mm longi, dentes breviores 1½ mm. longiores 3 mm longi, calycis tubus c. 3 mm longus.

Habitat in Dalmatia. In humosis inter saxa aridissima montis Velebit inter Podprag et Mali Halan alt. c. 900 M. s. m. sol. calc. detexi die 6. Jul. 1905.

Species quasi intermedia inter *T. medium* et *T. patulum*. A priore differt stipulis petiolo fere toto adnatis earumque forma, calycis dentibus multo brevioribus insuper indumento: a *T. patulo* quocum caulis indumento ac stipulis adnatis convenit. differt

stipularum (praecipue earum partis liberae) et foliorum forma, calycum dentibus multo brevioribus, capitulis globosis; a *T. Heldreichiano* HAUSSK. in Mitth. d. Thür. bot. Ver. 1893 p. 53—54, cui habitu valde simile, differt stipularum forma, petiolis stipulis adnatis, calycibus glabris dentibusque multo brevioribus, parce pilosis nec glabris (vel fere glabris!)

var. *Gačkae* Deg.

In pratis fertilissimis inter lacum Svičko Jezero inferiorem et Ponore Croatiae a. 1910 legi formam hujus speciei *T. medio* similiorem. tamen calycum dentibus brevibus ad *T. velebiticum* spectantem. In hac stipulae circiter dimidio petiolo adnatae parte gaudent libera lanceolata, elongata iis *T. medii* duplo fere brevior, petiolo igitur fere a medio libero.

Planta haec minus vestita est, calyce tamen gaudet lateribus binis pilosis dentibusque calycinis paullo copiosius pilosis. A *T. medio* praeter notas indicatas differt caulibus arcuato adscendentibus non flexuosis, foliisque multo minoribus, foliolis anguste ovalibus. A *T. Heldreichiano* haec planta tantum calycum dentibus brevioribus, magis pilosis, stipularum parte libera minus longe acuminato-subulata, foliolisque longioribus differt. Calyceis dentes nempe nec in *T. Heldreichiano* quidem omnino glabri, ut voluerunt cel. GIBELLI et BELLI (Mem. Acc. sc. Torino, 39, p. 91) sed ex auctore ipso pilis paucis obsiti (cfr. Asch. Gr. Syn. p. 571). Calyx etiam in *T. Heldreichiano* glabrescit (cfr. exempl. a cl. HELDREICH in Pindo, [iter IV. per Thessaliam] lecta!)

LXVII. *Centaurea velinacensis* Deg. et Lengy.

(*C. saloniitana* VIS. var. *macracantha* [DC.] × *C. rupestris* L.)

Planta spithamea vel ultra, caulibus simplicibus vel divaricatis ramosis, profunde sulcatis, floccosis, ramis monocephalis, foliis ad basin caulis congestis breviter (1—2 cm) petiolatis, ambitu ovatis, in lacinias plus-minus anguste lanceolatas vel lineares bipinnati partitis, segmentis primariis vero apicem folii versus saepius simplicibus vel lacinula auctis, omnibus apice sat longe mucronatis; capitulis sat magnis (2 cm latis, 2½ cm longis) breviter ovatis, basi rotundatis et floccoso-lanatis; squamis anthodii extimis ovatis, spina eis aequilonga terminatis, margine pectinatim ciliatis et lanatulis; intermediis similibus, sed dorso sulcatis et spina multo validiore et longiore badia armatis; penultimis oblongo-ellipticis, appendice ovato-triangulari, fusca, margine in ciliis fissis, terminatis, insuper margine anguste hyalino-marginatis (spina terminali brevissima); intimis appendice oblonga, membranacea, sub-integra, dorso fusca terminatis; flosculis intense sulfureis, corollis extus striis 5 atris percursis; stylis lividis; acheniis brunneis, puberulis, c. 3½ mm longis, pappo flavescente 1½ mm longo coronatis.

Habitat in lapidosis montium catenae Velebit Croatiae — inter parentes. In declivibus occid.-bor. montis Velinac supra Karlobag alt. c. 900 M. s. m. loco «Lokva Velinjaca» dicto d. 25 Aug. 1909 detexit Dr. GÉZA LENGYEL.

A *C. salonitana* var. *macracantha* differt foliis multo magis et angustius sectis, praeter indumentum lanuginoso-floccosum, glabrescentibus nec setulosis, capitulis minoribus rotundis nec conicis, squamarum anthodii mediarum ciliis marginalibus multo tenuioribus brevioribusque, flosculis intensius flavis; a *C. rupestri* differt foliis latius sectis, eorum lobis latioribus et brevioribus, foliis brevius petiolatis, his cauleque magis lanuginosis, squamis mediis dorso impresso sulcatis, ciliisque marginalibus robustioribus, spina terminali multo validiore, acheniis magis pubescentibus, flosculis pallidioribus nec luteis. Capitulum forma medium tenet inter ea parentum: capitula enim *C. salonitanae* conica, basi recta vel paullo impressa sunt, at ea *C. rupestris* ovata, basi sensim angustata, capitula porro *C. velinacensis* fere rotunda, basi rotundata; etiam florum color intermedius.

Eine interessante Pflanze von Jakupica in Makedonien.

Von N. Košanin (Belgrad).

Anfangs Juli 1910 gelang es mir denjenigen Gebirgsknoten Makedoniens zu besteigen, welcher südlich von Skoplje liegt und die Wasserscheide zwischen den Vardarzuflüssen Markova und Kadina reka, Topolka, Babuna und Treska bildet. Er schliesst im Westen mit Kardžica, im Südwesten mit Dautica ab und hat keinen einheitlichen Namen. Von Cvijić¹⁾ wird die Hauptmasse Jakupica genannt, dagegen schlägt K. Oestreich²⁾ für dieselbe den Namen Salakova vor.

Dieses Gebirge übertrifft an Höhe die Ljubetenspitze von Sarplanina, fällt aber von Skoplje aus gesehen bedeutend weniger als Ljubeten auf und wurde bis jetzt von keinem Botaniker und Pflanzensammler³⁾ besucht. Von den Geographen hat es nur K. Oestreich bestiegen. Aus seinen und Cvijić's Angaben über die Höhe, Plastik und geologische Beschaffenheit des Gebirges kam ich zur Überzeugung, dass dasselbe in floristischer und

¹⁾ Cvijić, Osnove za geografiju i geologiju Makedonije i Stare Srbije, Bd. I (1906) p. 134.

²⁾ Oestreich, K., Beiträge zur Geomorphologie Makedoniens. Abhandl. der k. k. geograph. Ges. in Wien, IV. Band. S. 20.

³⁾ Der ehemalige Inspektor des Botan. Gartens in Belgrad, Oskar Bierbach, hat nur den nordwestlichen Teil des Gebirges, den Pepeljak oberhalb des Dorfes Crni Vrh, erreicht. Seine botanische Ausbeute hat A. v. Degen 1901 veröffentlicht. (A. v. Degen, Botanische Entdeckungen auf der Balkanhalbinsel. Mathm. und naturwiss. Berichte aus Ungarn. Bd. IV.) Leider sind die Standortangaben vielfach mit denjenigen von Saradagh verwechselt.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1911

Band/Volume: [10](#)

Autor(en)/Author(s): Degen Árpád von

Artikel/Article: [Megjegyzések néhány keleti növényfajról. Bemerkungen über einige orientalische Pflanzenarten. 108-115](#)